



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 10. Quomodo Sacerdos debet suam dirigere intentionem, antequam celebret?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

tum ordinatur. Quare distributum inter plures, singulis prodest minùs, quàm si pro uno offerretur.

Quaest. 9. Sacrificium prodest-ne iis solùm pro quibus offertur?

Resp. S. Thomas loco citato in responsione ad 1. quaest. huic quaestioni solidissimè respondet: *Valor, inquit, suffragiorum potest pensari ex duobus. Valent enim uno modo ex virtute charitatis qua facit omnia bona communia; & secundùm hoc verum est, quòd magis valent ei qui magis charitate est plenus, quamvis pro eo specialiter non fiant. Alio modo suffragia valent, ex hoc quòd per intentionem unius alteri applicantur; & sic satisfactio unius alteri computatur; & hoc modo, non est dubium quòd magis valent ei pro quo fiunt; imò sic ei soli valent: satisfactio enim propriè ad poena dimissionem ordinatur, unde quantum ad dimissionem poena praecipuè valet suffragium ei pro quo fit.*

Et ibidem in responsione ad 3. quaest. ad 2. *Credibile tamen, quòd per divinam misericordiam, si aliquid de spiritualibus suffragiis supersit iis, pro quibus fiunt, ut scilicet eis non indigeant, aliis dispensetur pro quibus non fiunt, si iis indigeant, ut patet per Damasum in sermone de Dormientibus, sic dicentem: Deus tanquam justus commentietur in potenti possibilitatem, tanquam suscipiens defectuum commutationem, negotiabit: quae quidem negotiatio attenditur, quòd id quòd deest uni, alter supplet.*

Quaest. 10. Quomodo Sacerdos debet suam dirigere intentionem, antequam celebret?

S. Carol. Actor. p. 4.  
Istructione all'i  
Sacerdoti,

Resp. Id egregiè explicat sanctus Carolus, his praecisis verbis vulgari lingua Italica expressis: *Quando Sacerdos examinat suam in-*

*De Sacrificio Missæ. Cap. V. 257*

intentionem, maximè dum celebrat propter obligationem ortam ex Capellania seu alio Beneficio, debet diligenter advertere, ne id agat ex aliquo motivo humano avaritiæ aut vanæ gloriæ, aut ex aliquo timore vel pudore, aut consuetudine ductus potius quàm motivo spirituali: Sed potius attendere convenit ante quàm celebret, ut suam intentionem rectè dirigat, ita ut velit unire suam voluntatem, intentioni Jesu-Christi & Ecclesiæ cuius est Minister, & ita consecrare & offerre verum Corpus & sanguinem Domini, ad gloriam & honorem sanctissimæ Trinitatis, utilitatem sanctæ Ecclesiæ & auxilium omnibus Fidelibus procurandum. Deinde sigillatim applicet suam intentionem & oret pro his quibus tenetur, vel propter eleemosynam acceptam, vel propter Beneficium, aut certè quia illorum animæ sibi commissæ sunt: & eodem tempore applicet etiam pro necessitatibus Ecclesiæ, pro hæresum extirpatione, & conversione infidelium: pro suis Superioribus, pro Dominis & Magistratibus temporalibus, pro parentibus, benefactoribus, amicis, inimicis, pro illis qui in peccato mortali vivunt, pro afflictis, & generaliter pro omnibus Fidelibus defunctis.

pretendendo di voler fare quello che Christo Giesù signor nostro con la santa Chiesa, de quali è Ministro, intende e vole che egli faccia: cio è di consecrare & offerre il vero Corpo e sangue di Nostro Signore a gloria & honore della santissima Trinità, beneficio di santa Chiesa, & ajuto di tutti fedeli: & in particolare poi applichi la sua intentione a pregare per quelli per i quali è obligato, ò per la limosina ricevuta, ò per obligo di Capella, ovvero per haver cura dell'anime loro; e giuntamente l'applichi per i bisogni di santa Chiesa, per l'estirpatione delle heresie, e conversione de gli infideli, per i suoi superiori, per li Signori temporali e quelli che governano: per i parenti, benefattori, amici, inimici, per quelli che sono in peccato mortale, per i tribulati, e finalmente per tutti i fedeli defonti,

Nel discutere & esaminare la sua intentione, deve il sacerdote esser diligente in auvertire, massime se egli celebra per obligo di qualche Capella ò Beneficio in qualsivoglia modo, che non si mova per rispetto umano, ò di avaritia, ò di vana gloria: ovvero lo faccia per una certa vergogna ò timore riprensibile, ò per una certa usanza, ò senza spirito; mà procuri prima di celebrare, di riferire la sua intentione,